

480
221
ANTHONY LAKE BATHONIENSIS &
WELLESBIS DISCIPULUS, S. Davidi

Pareo Theologo Summo S.

Reverendissime Vir. In statem, in Academiam, in Ec-
clesias vestras gravissimè peccarem, si tibi molestiam
faceressem, vel à serijs occupationibz avocarem. frequen-
ter scripta tua et de te sermones Doctorum, quas
quotidiè exantlas labores, qui minui cum deberent,
propter ingravescentem senectam, augentur magis
excessu nec opinato et luctuoso D. Soppexii. Admo-
nemur talibz spectaculis quotidiè immò quavis horâ
sisti nos posse coram Tribunali divino, videndum
igitur, ne imparatos nos deprehendat Dominus, cum
venerit: nec dubitandum, quin intravit in Domini
gaudium, quem mors manere suo defungentem depre-
hendit. Benedictus sit Deus, per quem convaluit
R. D. vestra. Ita scilicet divina misericordia,
nobis succurrere solet *propter luctum et propter luctum*
exuperet. Academia vestra, immò et Ecclesia, uni-
verse misertus longævum te voluit esse Deus O. M.
et in omnibz Theologia partibz versatissimum, quò
paratior sis ad opus illud difficillimum, sed utilissi-
mum, quod jam moliris. Et quidem haud scio, an
non perinde maturitas iudicii, quæ in statem tu-
am cadit, ac multiplex scientia, ad revelationem
illius revelationis requiratur. Rectè iudicas, dum
diu deliberandum putas, sed ampliandum non esse,
rectè iudicant Amici, in quibz ego, quod te vivo hoc
melius edentur, quam mortuo, cum ambigi sope
soleat, an posthumi libri genuini sint per omnia.
Frustra vindicare conantur Pontificii Papam à
titulo Anti-Christi, cui tam bellè in eâ prophetia
omnia conveniunt. Fullerum neum beasti iudi-
cio tuo, in quo libentissimè acquiescit, et de quo glo-
riatur plurimum; animos ei addidisti ad alia, quæ

jam parat prolo, et quae cessura speramus in bonum Eule-
sia. D. Fredericus D. Crivikus vir doctus et probus, amicis
communis, cuius consuetudine libentissime usus sum
Dum in Academia Gronovensi commorarer, ad me literas
tuas et D. Sculteti transmisit, eum ad vos jam proxi-
mum literis meis comitari volui, et nisi tabella-
rius fidem fallat, comitor. Non est cur pluribus eua-
ngelium, vobis satis notum, ea tamen specimina
doctrinae et pietatis apud nos edidit, ut injurius sim,
si veritatis testimonium non perhibeam, et eum Eulisia
utilissimum navaturum operam certo persuasum non
habeam. Sed oblitus videor occupationum tuarum
multarum gravissimarum. Unum ceteris, ut illud exoren-
ne graveris me in eorum habere numero, quia tua
libentissime legat, et ut diutissime Eulisia superis,
evangelizans ore et scriptione, oret. Hoc velis,
jubeat, qui coronam justitiae bonum certamen cer-
tissimè preparavit, largiatur: cuius clementiae mu-
tuo nos commendemus et amemus mutuo. Scripsi
pridie kalendas Aprilis ibis.

222

Serenissimo Principi Transylvaniae
D. Bethlen Gabon.

Serenissime Princeps, Domine clementissime
Magister, cor meum grati animi monumentum, quod
D. Jesu Christo servatori meo, qui mihi dignis servis
septuagenariis supremum suum posuit in tua quoque
celsitudinis Bibliotheca Theologica deponere debet,
exstare non immerito volui suadente si clemen-
tissima Tua in me voluntate, varie testata et
confirmata. Et jure debui, flagitante id praeda,
ut divinarum rerum studio atque affectu, quo se-
per tuam singulariter duci ac delectari non
ignoro. Commentarius est in D. Joannis Apo-
calypsin,